

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Vierter Band.

Mit einer photolithographischen Tafel.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1879.

Ein Bericht über die Schlacht bei Hems

am 23. Dec. 1299.

Mitgetheilt von W. Wattenbach.

Durch die Güte des Herrn Stiftsarchivar D. Jacob Wichner, des Verfassers der Geschichte des Klosters Admunt, erhielt ich eine Abschrift des im cod. 25 ziemlich gleichzeitig nach anderen Kreuzfahrerbriefen eingetragenen Berichtes, welchen ich im Arch. X, 633, erwähnt habe, und da er ungedruckt zu sein scheint, theile ich ihn hier mit. Er handelt von dem Angriff des mongolischen Chans von Persien, Kazan, gegen den ägyptischen Mameluckensultan Ladschin, und dem Sieg bei Emessa oder Hems, welches in den Pilgerschriften allgemein Camela heisst. Die abendländischen Christen setzten bekanntlich grosse Hoffnungen auf diese Angriffe der Mongolen, und auch der Verfasser dieses Berichts weiss offenbar nicht, dass Kazan den Islam angenommen hatte. Das Ende des Berichts fehlt. Er lautet:

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Anno domini M^oCC^o nonagesimo nono. Nova venerunt Venetias per duas galeas venientes de partibus ultramarinis. Casanus quondam filius Argonis post patrem nunc dictum Tartarorum inestimabilem exercitum congregavit, et majorem qui fuit a tempore Alexandri regis magni, et cum ipso exercitu disposuit dissipare legem et perfidiam Machmeti, cujus filii et imitatores Sarraceni nuncupantur. Cujus adventum perfidorum soldanus persequens (presentiens?) occurrere voluit in manu forti, et cum exercitu validissimo, CCXVII milia (*sic*) equitum et cum quinquaginta milibus peditantium in planicie que Camela (dicitur¹) quasi in foribus ipsius districtus predictum dominum Tartarorum quasi intrepidus expectavit. Ipse vero Casanus dominus Tartarorum omni timore rejecto, zelo succensus, victoriosam aciem contra crucis inimicos direxit, et de sua gente cum consilio Davit regis Jortanorum et Haiconis regis Armeniorum XX acies ordinatissime disposuit, et in qualibet acie fuerunt XX milia militum. Postea misit ante faciem suam XXX milia Tartarorum ad contundendam rabiem soldani, et isti precursores

1) Unleserlich.

invenerunt quendam maximum exercitum Sarracenorum, cum quibus inimicis¹⁾ in eodem bello bene fuerunt mortui XX. II^o milia Sarracenorum, reliqui vero dantes arma pro fuga se receperunt apud Gazaram. Rex vero Tartarorum videns quod appropinquavit soldano residuum gentis sue, in dicta valle Camele²⁾ in tres partes divisit, quarum primam posuit in planicie predicta, et isti erant de quibus minime confidebat. Aliam vero aciem posuit in parte superiori et montuosa; terciam vero, in qua rex Davit et Haicanus rex Armenie erant, posuit quasi insidias, ut per eam deciperet inimicos; et ista omnia ordinata fuerunt die Mercurii ante nativitatem domini³⁾ circa solis ortum, et ex illa hora prelium duravit usque ad horam terciam. Videntes autem reges predicti Davit et Haico quod Sarraceni in prelio prevalebant, dixerunt ad dominum Tartarorum: 'Domine, nostri male tractantur et subcumbunt in prelio, nisi succurramus: ita multi ex (a?) Sarracenis occisi sunt, plures vero vulnerati et fatigati. Unde pro domino invadamus eos: ipsi autem non poterunt resistere potencie nostre, immo potius convertentur in fuga'. Dominus vero Tartarorum eorum precibus et instantia devictus circa horam sextam vexillo crucis precedente congressum facit contra Sarracenos. Soldanus vero videns improvisa, et multitudinis impetum tollerare non valens, solam fugam armaturis rejectis sibi presidium adinvenit. Tartari vero per duos dies Sarracenos invadentes eorum trucidacionem fecerunt. Soldanus cum suis in Damasco vitam querens finaliter se recepit, et infra breve tempus congregati cum quinquaginta milibus Sarracenorum reliqui qui evaserunt de pugna, Casaram fugam tenuerunt. Audientes autem Tartari quod soldanus receperat se in Damascum, in die Veneris strennua predictam civitatem vallaverunt obsidione, et fecerunt quod omnes christiani veri sive renegati, qui erant in Damasco, secure exirent, et venerunt ad ipsos, ex . . . civitate exierunt XX milia christianorum verorum quam renegatorum. Videns autem soldanus se totaliter quasi omni provisione destitutum, iterato exivit ad pugnam, et ibi miserabiliter devictus se convertit ad fugam cum duobus CC (*sic*) milibus, reliquis trucidatis vel redactis. Tartari predictam civitatem incendio ita quod habitatores ipsius a minimo usque ad majorem cum ipsa civitate redacti fuerunt in cinerem et favillam. Abinde recedentes secuti fuerunt soldanum, et suos, quodquod invenire poterant, in ore gladii suo Machmeto dedicabant, nec intendebat idem dominus Tartarorum a Sarracenorum persecucione cessare, donec crucis et suum vexillum in Babylonia triumphetur. Disposuit eciam fratrem suum carnalem in Babylonia et tota terra

1) Hier scheint eine grössere Lücke zu sein.
 exercitum suum.

3) Am 23. Dec. 1299.

2) Hier fehlt: exercitum suum.